



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

DISPUTATIO PHILOSOPHICA

DE SENSIBVS DISCIPLINÆ

SENSIBVS DISCIPLINÆ,

Quam

IN ACADEMIA DILINGANA CATHOLICA ET INGLITA

P R E S I D E

THOMA ANREITER SOCIE-TATIS IESV, PHILOSO-
PHIE PROFESSORE
ORDINARIO,
PUBLICE PROPOVENT

F. PLACIDVS BRAVNACKER
ET

F. FRANCISC. BRACKENHOFER,
CANONICI PRÆMONSTRATEN-
SES, IN MARCHTALL PRO-
FESSI, ET METAPHYSI-
CÆ STUDIOSI,

D I L I N G A E

Cum Facultate Majorum

ANNO CHRISTI M. DC. XXIV.

Ex Academicis Formis

Apud V DALRICVM Rem.

REVERENDISSIMO INCARIA
STO PATRI, AC DOMINO,
DOMINO

SERVATIO DE LAIR-

VELZ, DOCTORI THEOLOGO, S.
MARIAE MAIORIS MVS SIPONTANA

Abbatij Amplissimo Sacri Ordinis Praemopatra-
tensis Vicario &c. Parenti optimo &c.

REVERENDISSIME PATER, AMPLIS
SIME AUSTISTES.

Verbi Ecclesiastis, & omnium Eccle-
siastarum seu Concionatorum Al-
phab& exemplar, in proemio sua cō-
cordis hanc quoq; sententiam effa-
vus erat hisce verbis: *Non satiatur oculus vi-
su nec auris auditu impletum. Sciendi cupidi-
tatem sapientissimus Rex mortalibus inditam
arguebat an demonstrabat? Arque cum quinq;
am sensuum Organis, quibus in hac quidem
mortalitate animo mentique humanae omne-
rum sciendarum genus inservandi potest, duo
namens sensus, quos Ecclesiastes laudauit, ad sci-
endum principes, apertissimique, Visus videlicet
& Auditus. Ni duo sunt homini Prora & Pup-
pis, Biagia scientiarum, Intermuntii resum, Castor
& Pollux, Geminis inveniuntur humanae zodiaco; de-*
ma I a m a l i c a v b i t a n i e

que celestimi certissimiq; animæ Veredæ & ciui-
modi, sine quibus anima segnis & bruta in cor-
pore, ac veluti Regina stipatum cæterua satelli-
tum destituta, residoret. Aristoteles quidem in
seusibus principatum attribuit *Anditai*, cum
cum sensum ~~modicæ~~ seu *Disciplina* nominata-
uit, quando per cum omne disciplinarum ge-
nus commodissimè percipi consuevit. Verum
hanc laudem *Oculis* quoque liceat impertiri,
vñ hos ceduos *Discipline* *Sensu*s indigi-
temus: Nos hocce Philosophix stadio tricenni-
um decurso, iamque metæ proximantes horum
ipsorum sensuum moderatricem, magistrum,
animam pensiculatius consideravimus & in-
tuimus, Animam videlicet; simul & verissi-
mum esse cognovimus, quod Ecclesiastes ille
verbis supra positis præposuit: *Cuncta res dif-
fices: non potest eas homo explicare sermone.*
Talis in primis est *Animæ*, per quam vivimus,
mouemur, & sumus. In ea explicanda plurimo-
rum desudauit industria: nec tamen penetrasse
videtur. Nos isto Carone contenti sectamur
quæ audiuimus, & ex iis genpiños *Disciplinarum*
sensus, *Auditum Visumque* in his thesibus ap-
dicendum videndumque proponimus. Verum
2 quæm-

D E D I C A T I O

quemnam his querimus patronum? Haud longe nobis abeundum est. Domine, hoc est, è Familia nostra nos euocat, inuitat & suo iure mandat, ut ad se accedere ne vereamur, R E V E R E N D I S S: PATER VICARIUS, cuius sacris manib. hoc animi grati minimo synon audemus offerre. Quapropter, R E V E R E N D I S S I M E P A T E R, ET A N T I S T E S A M P I R I S S I M E, gaudemus occasionem, nobis oblatā animi erga te nostri debitæq; obseruantia declarandæ. Tua enim Pietas, Eruditio, Virtus, Labor, Charitas, Zelus, incredibile est quam nos tibi deuinciant. Plurimi iam anni fluxere, ex quo V I C A R I U M agis. At quam vigilanter, constanter, laboriose? Cum de vniuerso Norbertinæ Familiæ ordine, cum de Suevia nostra meritus es optimè, qua instauranda atque amplificanda Religionis disciplina, qua ordinis ad decorum, tuendis ad securitatem Canonicorum iuribus ac priuilegiis, vt vix in orbe aliquod Norbertinorum domicilium reperiatur, cui tuam operam non nauaueris. Obstupefscimus, cum animo recognoscimus, a te vlique in hanc senectam ætatem lustratas esse Terras, Sueviam, Bauariam, Austriam, Silesiam, Morauiam, Poloniam, Belgicam, aliasque plures ac remotiores,

tiores, & auratuz in domo Dei exornanda in-
 dustrix esse recreatas. Ordo nostra D. N O R-
 B E R T O nomen habens, ipsoque vestitu cando-
 tem animorum præferes, tuo ut plurimum co-
 natus, singulari prudenteria, in agendo dexterita-
 te atque constantia per hos adeo viginti & am-
 plius annos eruit insignitè, & seueriori disci-
 plina sancita iam faciem ostendit latissimam
 & suauissimum vitæ odorem opera tua longe
 lateque diffundit. Jam de tua Lotharingia quid
 dicemus? Quis aliquando hisce annis cænobiu[m]
 Lotharingicum ingressus est, qui incitatum in
 diuinis fervore[m], & priscam nascentis religio-
 nius nostra pietatem, studio & conatibus tuis
 preparata[m] non fuerit admiratus? Atque quod
 sancte gloriari potest Mussipontanum cæno-
 bium, ex eius scaturagine riuuli illi disciplinæ
 castigationis in omnia illa cænobia dimanauere.
 Hoc autem Mussipontanum S. M A R I A E Mo-
 nasterium non solum tua sedes est, sed opti-
 mo riuo subiectu imperio talem habere se gau-
 det Abbatem, quo meliorem fingere non detur:
 ita tuis auspiciis ac sapientissima gubernandi ra-
 tione floret & fama religionis & hominum nu-
 meri eruditorum. His tua Pietas, veterum æ-

DEDICATIO

mula prælucet: his *Doctrinae* cætægiorum editio-
nem librorum manifesta, est instar Phari. Hisce
tuis & nobis omnibus (ut ad theses nostras re-
uertamur) oculos tuos clarissimos, aures bene-
uolentissimas commodare iam diu utiliterque
consueti, & nostris oculis vita exempla inno-
centissimæ, auribus salutare pletatis doctrinam
ingeris ac instillas: ita ut in magna felicitatis
parte reponamus te Præfule electos. Qua-
propter cum animorum nostrorum gratulatio-
ne cōmodius effundere ne queamus, hasce the-
ses arripimus, & Oculos Ocalis, Aures Aurib.
opponimus: eas vero humanitas tua, uti persua-
sum habemus, ad oculos manusque, si ad aures
admitti non continget, admittet. Ceterum
Marchtallense nostrum Ascerium, quod
tuo aduentu & iustificatione, tumultuosis hisce
temporibus in cana hac & cygneæ ætate beas
constitutisque, vniçē commendamis, tanto
Patrono, Præfule, Patre lecuri. Diligæ prid.
Calend. Maias Ano Christi M. D. C. X. X. IV.

REVERENDISS. PATERNIT. T. V. AE

Filiis frequensim

F. Placidus Braunacker,

F. Franciscus Brackenhoffer,

Canonici Præmonstraten-
ses, in Marchtall Professi.

DISPUTATIO PHILOSOPHICA
SENSIBVS DISCIPLINÆ
SIVE DE
AUDITV ET VISV.

Duosunt, iisque nobilissimi Sensus, quibus maxime Disciplinas percipimus, AUDITUS nimirum & VISUS. Auditum ipse etiam Aristoteles quasi per Antonomasiam quandam, Disciplinæ Scholæ appellat. Is enim est quo primo de rebus informatur. Et infelicius abortu auribus carceret homo, quam oculis: nam Et Fides ex Auditu. qd ait Apostolus ad Rom. 10. Visusq; men subsidio quodam spiru precedente plurimam saneciam prestare potest. Habet enim Doctores assiduos, innumeros, optimos, tantarum videlicet Bibliothecarum libros. Imo multa fine Auditu per Visum percipi quent, immo difficilius. Rem testatur non parum mirabilem Franciscus Vallelius de sacra Philosophia capite 3. ait enim nouisse se quendam

Petrum Pontium ordinis S. BENEDICTI
Religiosum, qui naros furdos ita instruxerit,
ut loqui possent, docendo hinc unius impre-
miss scribere cum propria digito indicaret,
qua characteribus ante oculos efformatis si-
gnificarentur, deinde vero ad motus lingua,
qui isdem illis characteribus responderent
pronocando. Consideratio porro horum Disci-
plinæ Senuum magnam omnino est numeri
tatem habet, et amplitudinem. Vtrumq; con-
stare poterit ex his qualiam paucula decerp-
mus; quis enim multa promittat, cum Occi-
nus sit non solum in disciplinis, verum etiam
in iis quæ ad illas deducunt, noscendis?

Methodum hac Disputatio talem habebit,
ut I. pars agat de AUDITV, II. de ULI-
SV. Vtrumq; tribus s. constabit de Organo sci-
licet, et propria potentia Sede, & Obiecto.
huiusmodi enim potissima videntur.

DISPU-

TO

de

audi-
tione

et

organ-
o

et

se-
de

et

objec-
to

PARS PRIMA

De

A V D I T V.

S. L.

Describitur totum Auditus organum.



V.D.I.T.V.S mirabilem à D. g. q
sedem obtinuit in Corpore, & ipse
in quibusdam eius quasi penetra-
libus multo sanè artificio constru-
ctis habitat. *Auris* est ea sedes
qui in extēnum intercānq̄ diuidi-
tur: Externa propriè dicitur *Ari-
cula*, & cartilaginea est; non tantum ad ornatum con-
cessa homini, sed etiam pro sono melius excipiendo:
Vnde & Hadrianus Imperator ut acutius audiret, ma-
nas casas auribus obtendebat; & quibus præcisè sunt
aures: iij dicuntur zgris voces percipere. Superior
Auricula pars dicitur *Ala seu Pīma*, inferior autem &
earmosa, *Labii*; concavum totum, *Concha*, rotunda deni-
que. Circunductio *Navelum*, ob circumvolutionem,
appellatur.

¶

Auris *Interna* capiti immersa, quaeritur habet
meatus, quod Cura Anatomica obseruauunt. Primum
statim foris obuius, *Morū Audiorius* dicitur, & for-
tuosā

tuosâ quâdam angustâque obliquitate sursum fertur, ut si quid extraneum ingressum sit, facilius decidere possit. In eius extremo lèpida aliquod membranum est, situ obliquo, *Tympanum* appellant, quod tympani more tendatur. Inde altera occurrit cava, quam *Pelvis* nominat, hic aër continetur *innatus* & *vernaculus*. In hac cavitate seu altero Auris meatu, deprehenderunt etiam tria quædam officula, *feneſtulas*, duas, & *canaliculum* quendam seu ductum, qui ad palatum fertur.

III.

Officula à formâ quæm habent, nomina sumptim: *Malleoli*, *Incidū*, & *Stapedio*: Quorum positionem ita describit Andreas Laurentius. Officula haec tria intra membranam sunt constituta, & ita articulantur, ut Malleolus processu suo membrane appendat; tubere autem suo Incudis caudam inarticulatur. Incus molarem dentem (ut volume quotidiano) representans, duobus triribus intinat, quodcum brevior è tympano affirmatur; longiore Stapedi obligatur. *Stapes*: Basi suâ latissimâ fenestre ovali immersus, summo & vento apice Incudis rostrum tuberculatum excipit. Ita haec officula Tympano implicantur: chorda et via sua et levissima ope, quæ tota membrana, perinde ut Nervus militaris Tympano, attendantur. Tam exilio est chorda, ut quid sit, Nervus n. an Vena, an Arteria, dubisetur. Subiungit adesse & musculos tam minutos, ut sensum ferè fugiant, & magnitudinem officulorum candem esse in puerulo, quæ est in sene.

IV.

Fenestras secundæ cavitatis sunt duo quædam exigua foramina, & superior quidem fenestella *Ovalis* dicitur; inferior nomine caret; inter utramque

saber-

suberculum interiicitur. *Cataliculus*, est ductus aliquis Cartilagineus ad palatum tendens; & pelliculam habet valuulam instar, forte ut ab Aere reiectamenta recessantur, non autem recurrent. Fenestellas consequuntur *tertia carnis* Interna Auris, quae *Labyrinthus* dicitur; multis enim quasi cuniculis furtim agitur. Quarta vero & postrema *Cavitas*, à Fallopio *Cochlea* appellatur, ed quod sit similis testae cochlearum; quidam etiam *Forsen cœci* vocant. Sed tandem iam *Nervus* apparet, quem *Auditorium* nominarunt. Tantum mirabile, affabre, concinnum *Auditus Organum*,

S. II.

Princeps auditus instrumentum assignatur.

V.

Verum cum haec partes omnes in Aere reposentur, quatenus iam potest, in quietu denique ratione audiendi concederit, aliqui putant, auditum fieri in Aere vernaculo, sive inedito, quem proinde nec vita destitui, nec siue esse cum elementari nostro ratione affirmant, sed ei dunt taxat perfissilem, ob suam, quam habet subtilitatem. Sed esto posterius, prius tamen haec credibile est, sicutur, cum non appareat quomodo confundetur causa reliquis partibus: videtur enim non secus habere se, quam sanguis in vena, tanquam suo vase. Et quidem Dandinus existimat, hunc aerem nihil esse aliud, quam spiritus per neruum venientes, qui vitam non obtinent, ut adeo improbabilius quondam Theophilus senserit, proautitus organa spiritus animales assignans

A. 2. VI. Alii

Alii pro subiecto statuunt *tris illa*, quæ diximus; *officiale*; sed cum alias in ossibus non fiat sentatio, cur istis hic scribatur? censetamen Andreas Laurentius ad distinctionem quandam sonorum ea coferre, non fecit ac dentes ad vocis explanationem solent: vnde & tympano pulsato, mox commoueri ait, soniq; charactere imprimi. Sed ad tympani sustentationem alii mandunt officia illa constructa esse; cito faciant etiam ad aeris impulsata, si in aurem allabatur; certè Vesalius lib. i. de Fabrica humani corporis cap. 8. locuissimo afflatus motum aliquem excitari testatur.

Probabile est auditum in ipso *tympano* residere, quod non solum vivit, sed etiam spiritib; ad sentationes requisitis abundare potest. Et hoc quidem maxime dicere licet, si tympanum non sit aliud, nisi explicatus aerius; cuius tamen originem à portione pulvula dare Meungis deducit Laurentius; aliqui non male ad neruū deuoniri videtur, quem etiam Horstius quidam ut dilatatum vult, & substantiam aliquam aeriam includentem; ubi proinde pro medio interno fuerit aer in cauitate contentus &c. sicut & in oculo humor est albugineus, ex communī sententia. Hac autem ratione accipere quoque placet Aristotelem, si quando acrij in se discessato audiendi facultatem attribuit; non sine alio videlicet corpore, quod iam est indicatum.

De Objeto Auditus.

 *Biest auditus proprium est sonus; qualitas aliqua, quæ sicuti facilis auditu, ita difficilis est intellectu & explicatu. Ad hanc Aristoteles li. 2. de anima tex. 78. requirit tria quædam corpora, quæ appellari possunt, Percutens, Percussum, & Medium. Fit enim sonus appulsi alicuius ad aliquid, & in aliquo. Trii autem adeste debent, saltem & equivalenter: nam potest unum aliquod secundum diuersas partes plurimum vicem subire, ut cum aer flagello verberatur, aut fluctus in aquis colliduntur &c. Causa effectrix soni est secunda aliqua, & eadem quæ impulsus: non enim appetit, cur non habere possit facultatem sufficientem & proportionatam.*

IX.

Sabst sonividetur esse medium, non ipsa v.g. cappa, nisi fore in portis, quæ tamē sonans dicitur, cū spectetur principium aliquod à quo venit sonus. Hinc flante contrario vento, vel aullo modo, vel agrè saltem percipitur sonus, secus autem accidet, si in medio esse sonus tantum intentionaliter: tunc adhuc videtur possumus obiectum coloratum, quod species suas perpetuo dimittit, etiā si irrequia sit aura. Pro variis porto corporum dispositionibus, varius etiam & multiplex sonus efficitur; & metalla quædam dura & aetia maxime sonora censemur.

X.

Mirum aliquod & iucundum habetur in hoc genere experimentum. Nam si circulus arcus, aut lamina quæpiam, à funiculo per digitos virique auri insertos suspendatur, & in lapidem deinde aut aliud corpus, dum impellatur, ingens percipitur sonus; qualis esse v.g. solet, cum vastissima campanæ pulsantur; propter quædam

dam fortasse cōtinuitatē magis collectā, quæ est perfūniculū vñq; ad aures motūvbi etiā digitis iterreliquo sono obstruitur. Est è Doctorib. Recētioribus nonnemo; qui causam huius soni grandioris referat in specierum audibilium fractionem aliquam quæ fiat mōto & fluētante funiculo; vnde quedam, quasi multiplicatio & conglobatio, quæ auditum plenius inquadat & occupet.

XI.

De medio porto soni, rectè tradit' Aristoteles, non solum esse acerem: Nam 2. de anima tex. 79. sonus, inquit, *auditur in aere, & in aqua sed minus*. Vnde etiā cum pluq; sunt, minus percipiuntur voces; nec res ferri res potest in species duntaxat intentionales per aquam delatas: Patet enim experientia, si duo lapides in aqua collidantur, sonum aliquem edunt: solida vera corpora sunt saltem sufficientia ad suscipiendam speciem soni, adeoq; audire etiam possumus per vitia, per muros &c. Pisces in flumine ad excitatum foris strepitum fugiunt, Delphini concentus musicos audiunt; & Plinius scribit lib. 10. historiæ naturalis cap. 70. Pisces in quibusdam piscinis ad nominantium voces affluxisse: ipsi etiam vñ natores testantur sub aquis se audire &c.

XII.

Si trabs quæpiam longissima podibus suis aut fulcris imposita, ex vna meditullii parecendo quantoq; nissime percutiatur, tum alterius cuiusdam auris in altera trabis extremitate admota, mira quadam claritate sonum; vix alioquin ipsi percutione sensibile percipit; per pororum quasi continuā & vñdiqu; circumvallatam cauitatem; sicut & alias per tubos & arcuatas portarum stras, vbi sonus & species concluduntur, distinctissimè aliis loqui licet, nitaudierib. iis qui sunt in medio

medio. Utuntur aliquando tubis huiusmodi in fodinis metallicis, vbi qui intra sunt, superioribus loqui possunt clarissime, per cubitos ducentos sexaginta & amplius. Hinc sunt qui fistulas quasdam auditorias fieri posse existimant, non secus ac visorias habemus vitris instructas, per quas videlicet obiecta longe etiam dissipata manifestius obiciantur.

XIII.

Sonum ad Organum deferri volunt aliqui secundum *esse reale*, ex aere perpetuo commoto, ita ut vel eadem pars aeris percussa, vel alia quædam vndatim agitata perueniat. Sed sæpe percussio est valde exigua, v.g. cum loquitur homo in plena concione, qui tamen à plurimis circumstantibus exauditur; ut adeo tam parua aeris commotio non videatur in tantam multitudinem ampliari posse. Sæpe itē multa percipimus in locis vndeque conclusis, vbi aeri non patet accessus. Quarere. Etius opinari videntur, qui dicunt, sonum primo produtum deferri per aerem commotum ad aliquam certam distâtiā, maiorem minoremque; tum vero diffundere duntaxat sui species, quibus mediantibus percipi queat; ut proinde necessarium minimè sit, sonum deferri ad organum secundum *esse reale*, sed sufficiat si coniungatur secundum *esse intentionale*. Imo tametsi ipsius soni entitas adsit, tamen ad sensationem elicendam exigunt immutationem intentionalem.

XIV.

Ceterum soni species mox ab initio producuntur, non autem postquam iam sonus ad certam distantiam processerit, licet deinde sint solæ species. Sed cur tamen ab una citius auditur sonus quam ab altero, si statim habentur species? Respondebit Rub. & alii cum

cum illo probabiliter, species auditus hochabscere peculiare, quod secundum entitatem suam cum tempore producantur, ut experientia comprobare videntur. Et ratio dari potest, quia ita se habet modus operandi, sicut se habet modus essendi, sonus autem qui producit species, habet modum aliquem essendi successivum, &c. Interim tametsi fiat successivè sonus cum motu, & in resultu medii post contactum, est tamen ipse ens permanens, quāvis non diu; sicut & communiter de impulsu docet; proindeq; sine contrario sponte perficit subracta conseruatione. Nam & calor est aliquid permanens, & tamen cum aliqua successione producitur. Ob permanentiam vero quā habet sonus, aliqui propter modūs ibi persuasere, sierr posse ut per fistulam in se aliquoties retortam, bēndiq; obturatam, alterius voces ac verba etiā peregrine ad alium deferantur, quæ aperto deinde orificio ordine erumpat, & ab admota aure percipi queant. Sed sine dubio conatur ita m̄cri venti captarentur.

XV.

Sonum granem, acutum &c. docet Murcia differet. int̄m secundum magis & minus, qui etiam continuari posse videntur. Continuus enim est sonus in uno persistro homine cum voxem variè moderatur & fluctue. Unde omnes actus auditionis erunt unius speciei, cum ubietae conueniant. Vox propriæ competit animalibus, & locutio hominibus. Sed articulare tamē vocem etiam ues nonnullæ possunt, ut in psittacis experimur & c. in cœnoplodiis, cum quam x̄as expediant, vel sales iuglante &c. Cum Vltinus quondam taluitauit Apolloniū, Flutius Pythagoram, Canis Simonis Magi D. Petram & alios, artificia dæmonium fuerunt, qui per impetum quondam corpora variè colligere queunt. Beatis in q̄o post

DISCRIPTAE.

10 post reunitio sua proprius termo erit, nec improbabiliter etiam caritus, ubi aetatis vicem subibit aura quendam solita bilis, ut Lessius tradidit.

XVI.

Tam sonus ipse quam species soni diffunduntur per suam sphæram, quod latissima experientia docet. Et sicut aliquando species visibles ad certa quedam corpora reflectur, ita objectum in aliis locis ostendunt, ita etiam reflectur sonus, aut species saltem audibles; si in obstaculum videlicet & corpus aliquod concauum incidat, unde sonus alibi retinetur, & Echo proinde gignitur tam coherinnè respondens. Non est igitur necessarium, ut sonus secundum esse reale reflectatur, sed sufficit si secundum esse intentionale. Aristoteles cum alteri indicavit, non descripsit. Schonem generaliter, sed unum duntaxat modum ostendit, quo fieri possit Echo in parua quadam obstatuli distantia; prout notarunt Murcia & Eustachius de saepto Paulo.

XVII.

Eto autem sint corpora densa & solida capacia aquantulum speciorum auditibilium, ramen sinuoso omnino, magna saltem ex parte impedire non possunt species, vt reuerteri deinde cogantur. Nam multietiam aiunt, lumen in profundo opaci corporis recipi, & nihilominus reflexionem admittunt. Videntur autem species permanentiam aliquam romanere sine obiecto; cum enim nullus amphys est sonus secundum esse reale, ne illa commotio acris, adhuc successus audiuntur aliquot Echoes: & Dandinus scribit sic prope Mediolanum in Palatio quodam audiuisse voces vigentes incessuque repetitae, vbi non credibile sonum primum realiter tam diuidantur. Et sanc, si cum reflexa species ad aurem venit,

duraret adhuc primus sonus, cur non dicas per impetu-
tur? cur vsq; ad reflexioinem expectandum nisi dicas ab
adire per motum depelli. Ceterum in Echone id co ple-
rumque ultima tantum verba repetuntur, quia species
priorum verborum vel iam perierunt, vel a posteriori-
bus deinde venientibus turbantur.

PARS ALTERA

De

VIS.

S. I.

Partes & Structura Oculi.

Etiam pars huiusmodi hoc nomen habet, ut videtur
etiam in aliis animalibus. **XVIII.**

VIIS duos possidet oculos, non solum pro-
ornatu hominis, verum etiam pro multipli-
ci utilitate; seruiunt enim oculi ad rerum
cognitionem variam lateq; fusam, vnoq; a-
deo perditio alter adhuc prodicere potest. Ne autem fa-
cile lassantur, osseum quoddam propugnaculum ob-
tenditur, & palpebras etiam habent veluti quasdam
cortinas; quibus cilia affiguntur, quæ & pulueres arce-
ant, & leui aliqua umbra insitum fulgorem repellant.
Figura oculis torunda est, ut plura simul obiecta vide-
re possint, inquit etiam ad ipsæ cinguntur ad humectatio-
nem aliquam & cæderationem. Et autem structura ocu-
lorum prorsus admirabilis, quam breuiter attingemus,
vt certum deinde vni domini illius statuamus: omillis-
cunctorum deinceps ex parte corporis.

B

autem illis quae de nervis et nervis ad intellectum requiri
tis dici etiam possunt.

XIX.

Principuz igitur partes oculorum sunt *Tunicae* &
Nervosae; *Tunicae* principales e nervo optico evolu-
antur, qui ex *Meningem* dura quam *spina* & ipsa cere-
brum dura prodat. E dura matre educitur *Tunica* *cornea*,
quaer totum oculum involucra. Hanc ex anteriori parte
cornicem appellant, qua & perspicua est instar cornu in
faminas dissecti, ut species transmitti queant. A parte
matre posteriori ex optica dicitur *Choroides* seu *Confo-
ditum*. Sequitur *Tunica* *albula* e pia matre procedens, qui
antica sui parte *Vuez* vocant, rotundo foramine pertu-
sam, quod per *vuez* contractionem & dilatationem
ampliari potest & minui, et postea dicatur. Ab *vuez*
colore oculi denominatur *pupilla*, *pars pupillae* &c.
Illumen illud *pupilam* dicitur, quem hoc nomen eti-
amque humoris crystallinus ascripete videantur, dicitur
autem *Pupilla* ab imagine, qua instar pupae ibi apparet. Ta-
ctu hoc quod terminus ab *vuez* circumcincti, dicitur *oculus* & *oculis*. Postica pars *Choroidis* notam habet, qui
satet, & laetitiae migraret, tractiles per *Reticulum* &
Nervosae; quod quidem constat, quia in ratis & fel-
ibus est alterius coloris pupilla, puta carmine & plumbi, et
modicam certatur in *Choroides*.

XX.

Principalis *Tunica* ex media subtantia nervi
pupillae ipsius cerebri medulla derivatur, & post merita
dilatationem tenerum ac delicate in quendam foliaceo
lam extenditur. Hac tunica posteriore parte, qua vi-
treum humorem complectitur, *Retina* dicitur seu *Re-
ticulum*, quod humorem eam ventris per reponit, dum
xom,

mem parte anteriore & *Hyaloidem*, quæ virreum illam humore proximius ambit, adnestantur ex Retina epimena scilicet tunicæ, & processibus ciliaribus concretæ sunt, sicut & reliquæ tunicae, sunt enim hi communia quædam vincula, neque tantum tunicas anticas à posticis discurrunt, sed etiam suo quadam modo convincunt, & non minus pilis habent, quod in star pilorum ciliarium radij quidam ictu leviter & pigritus introribus in Retina, processum fundantur, quibus etiam processibus vis quædam inesse rideret totum oculi bulbus constringendi & relaxandi, quemadmodum explicandi & complicandi, humorem crystallinum protractandi & retrahendi, &c.

X.XI.
Porro quæ Aranea dicitur, humorem crystallinum ex utraque parte pretingit, quod experientia confitit, si quis enim hunc humorem ab oculo exemptum pigritis premat, sollicitus quidam abit vacuus, qui & intus fulvo in ilam crystallini figuram impinguere potest. Quemadmodum autem Araneam posticam Hyaloides ambit, ita anticanum non dissimili quædam membrana agnoscitur volunt aliqui, quæ ambas tamen tunicae processus ciliares ad humorem crystallinum subintegrit, quibus Retina suis continetur. Tunicae vero anteriores addere licet, sed non tam propinquæ ad oculum spectat, oritur e pericardio, nec rotum circundat oculum; & hinc quibusdam funda dicitur; nam eos porrigitur, quando oculus exterior albus apparet, sicut vero soni nigris operibus vicinis partibus, id est iam Cervi testis appellatur.

X.XII.
Humores superiores in oculo, unus est aquæ tunc aliugines, quia similis aquæ aut ouorum albugini. Hic mox

mox sub cornu occurrat & foramen pupillæ subintrat usq; ad pelliculas Crystallini. Alter est *Crystallinus* seu *Glacialis Humor* visu more consistens, lenticulariter oblongus, dimidiâ sui parte humori vitro infigitur, interuenientibus tamen membranulis, ut ex dictis patet, in sinum vero, seu partem oculi anteriorem admodum penetrabiliter vergit. Prior huius humoris portio est amplioris circuli, quam posterior. Sequitur hunc postremo loco *Humor Vitreus*, moilior crystallino, sed consistenter & firmior aquo, is maximam oculi sedem occupat. Centra autem tum *Canticarum*, tum humorum diversa sunt; tunica Cornis magis prominet, & curvatur est; *Nigrum opicum* ad latius iacet, nec ducta per medium oculum lineâ, in qua alioquin humorum & canticarum centra, contingit.

Statuitur vera sedes

V. I. S. V. S. Sacraq invicem manu confiduntur aliis sup **X X T T**. A M. vario obiecto in aliis obiecto in aliis.
 *V. I. S. V. S.* Usu modi quidem oculi structura cum sit, quariter iam de proprio *Visu Organo*, seu sensu, quam teneatis. Nam variaz hinc opinio-nes. Ante alias tamen excludenda est illa Veterum, qui putabant visionem fieri per quandam radiorum emissionem, quasi videlicet potentia visuua radios aliquos seu spiritus visorios ad obiectum eiaculetur, & illud apprehendat: nam si spiritus illi sint entitatis quendam substantiales, materia utique & quantitate praediti, quomodo sine corpori penitusatione

formica in visco aut viperæ in electro videbitur? si vero accidentales, quomodo credibile tam exiguum organum producere posse aliquid usq; ad celum ipsumstellatum? Hinc tamen haud cœuntur Opticorum demonstrationes, qui supponere videntur, radios visios ab oculis in obiectum prodire: quidquid enim hoc in re dicatur, ad ipsorum institutam parum facit; eto fuerint ex Opticis nonnulli in sententia Veterum, unde deinceps alij eundem loqueridi modum retinuerint, de radiorum fane ortu causasq; nihil solliciti.

XXIV.

Aliqui voluerunt Visum fieri in congreffis Nervorum Opticorum, quia alias in duobus oculis non tantum essent duas potentias visivæ, verum etiam res una duplex appareret. Item quia Nervis hinc abscissis perit visio. Sed ad initium omnino duas potentias, & duas itidem visiones, cum duo sint organa distincta, cur autem res ordinariè non gemina videantur, ex Opticis ostendi potest. Pyramidum enim visoriarum axes in ynam obiecti partem consenlundab utroq; oculo. Appellantur hic vero Pyramides, quæ à radijs visualibus efficiuntur, & in obiecto basis est, in oculo vertex. Media autem linea quæ rem distinguitur representat, axis vocatur. Hinc cum distorqueretur oculi, res una duplice in loco compareret. Porro abscissis nervis perit visio, quia oculus destitutus spiritu ē cerebro per hocce quasi canales atque hendo, & ad visionem necessarios, cuius inopia sepe languescit visus, & affluxu iterum animatur. Vnde & Ionachas: 1. Reg: 14. illuminati sunt, inquit, oculi nostri, cōquod galantri paululum de nolle iste.

XXV.

Addunt aliqui, nos male, cum ad videndum necessaria-

cessariæ sunt species, hæc in Nervos opticos penetrare non posse: non enim sive perspicuit; & species insuper rectâ linea prograduntur, quæ quidem ex obiecto per oculum ad Nervos Opticos, aut eorum coniunctionem non pervenit; coniunctionem autem aduersarii ponunt, quæ in unam aliquam, esto valde exiguae, cunctatem definat; qualem tamen alij negant, attestante etiam Vesalio à se hominem dissecatum, in quo oculino non conuenerant nervi. Adhæc clauso, inquit, altero oculo uno rectius videmus, ut experiuntur, iij. qui ad scopum iaculantur; quod argumento sit, in vitro oculo fieri visionem, & uno clauso omnem vim in alterum incumbere. Sed Aquilonius tamē lib. i. Opicorum Propositione 76. omnino existimat, obiectum melius percipi, si viri usq[ue] oculi potentia in idem punctum consipitur; idq[ue] experientia liquero, cum scriptura facis remota utroque adhibito oculo legi queat, non item vno, Iaculatoras autem unum oculum claudere, non ut clarus, sed ut certius videant, quo loco sit scopus; nam duo oculi per unum Ballistæ signum ita dirigiri non possunt; ut in unum metu punctum conueniant; radiorum videlicet alio in aliud diuersum q[ue] locum tendente. Neq[ue] spiritus copiosiores ad unum oculum afflui e clauso altero, quod viri oculus insuendo facilimè delassetur, non item gemini. Neque his obstat videtur, quod idem ait Aquilonius, uno oculo rei locum non tam certò posse cognosci, ut probat exemplo puerorum, qui clauso altero oculo sequunt statim contingere baculum, v. g. aut aciculam opposuisse. Item exemplo acutæ in cuius forame, uno tantum oculo aperto, non ita facile filum immittitur: bona enim ratio subiungit, ut de linea per rugosum Ballistæ progradentibus.

Rectis

XXVI;

Relatis ergo Nervis Opticis, Vido vel Humore cuiquam ascribi debet, vel Tunica. De Humore Albigeno & Vitro non est sene difficultas inter Philosophos: his enim non tribuunt videndi facultatem, sed multitudinem Humoris Crystallino, qui speculi instar est nitidus, at ergo opacitatem habeat, & in medio residens, quo omnes species facile confundere queant. Sed valde incertum est ytrum is humor vnuat, cum reliqui praesertim iuxta communem sententiam vita careant: non enim sufficienter continuativa detur cum vivente, quippe qui sit immersus humori vitreo; licet autem sicut habeat tunicam, facilissime tamen ab ea separari potest; proindeq; non maior apparet continuatio, quam inter sanguinem & venam. Addit alia contra hunc humorum Christopherus Scheinerus lib. 2. Fundamenti Optici par. 2. cap. 9. si patrocinetur Aristoteles, die fortasse potest, eum accepisse Humorem Crystallinum non sive tunica.

XXVII.

Quod ad Tunicas attinet: *Cohesione imprimis* consuebat tamum extenditur, quodvisque oculis exercitus albus apparet, & in posteriore parte species recipere non potest, cum obsecet Retina & Choroides. Eadem est ferè ratio de tunica Pueri, quaz anterius est quasi fenestra quædam oculi, nam in medio patrum foramina habet, por quod species ac lumen introfunduntur. Hoc autem foramen augetur & dilatetur Propterea, ut quædam experientia se habeat, nam pro dilatatione statim in locum luce vehementi illustratum, videbis pupillam exiguum; maxime autem ad angulos etiam paucus, si leniter in locum obsecutorem deducas. Item

si aciculam alterius oculo paulatim admoveas, ita ut ille obtutum in acicula caput desigat, & alterum interea oculum occlusum teneat, videbis ad maiorem appropinquationem acicula pupillam contrahi, ad remotionem autem ampliari; quod idem contingit, si duo obiecta diversa fixa in eadem recta linea collatera cernantur, alterum remotum, alterum vicinum. Dum enim hoc cernes, coarctabitur pupilla, dum autem illud dilatabitur. Hanc autem explicationem pupillæ fieri ex Vuez tunica corrugatione, & coitionem ex eiusdem explicatione, videtur vel inde patere, quod quadam in superficie Vuez tunicae venaule, lineamenta, & tractus colorati occurrunt, aperiuntur pupilla, rursus autem visuntur, dum clauditur; quia de refusè etiam & accurate Blanckanus cum de Pupilla agit ad loca Mathematica Aristoteles.

XXVIII.

